

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

M'. Aemilio C. Valerio Potito consulibus bellum Aequi parabant, Volscis, quamquam non publico consilio capessentibus arma, voluntariis mercede secutis militiam. Ad quorum famam hostium - iam enim in Latinum Hernicumque transcenderant agrum - dilectum habentem Valerium consulem M. Menenius tribunus plebis legis agrariae
 5 lator cum impediret auxilioque tribuni nemo invitus sacramento diceret, repente nuntiatur arcem Carventanam ab hostibus occupatam esse. Ea ignominia accepta cum apud patres invidiae Menenio fuit, tum ceteris tribunis, iam ante praeparatis intercessoribus legis agrariae, praebeuit iustio rem causam resistendi collegae. Itaque cum res diu ducta per altercationem esset, consulibus deos hominesque testantibus quid-
 10 quid ab hostibus cladis ignominiaeque aut iam acceptum esset aut immineret culpam penes Menenium fore qui dilectum impediret, Menenio contra vociferante, si iniusti domini possessione agri publici cederent, se moram dilectui non facere, decreto interposito novem tribuni sustulerunt certamen pronuntiaveruntque ex collegii sententia: C. Valerio consuli se, damnum aliamque coercionem adversus intercessionem
 15 collegae dilectus causa detractantibus militiam inhibenti, auxilio futuros esse. Hoc decreto consul armatus cum paucis appellantis tribunum collum torsisset,¹ metu ceteri sacramento dixere. Ductus exercitus ad Carventanam arcem, quamquam invisus infestusque consuli erat, impigre primo statim adventu deiectis qui in praesidio erant arcem recepit; praedatores ex praesidio per negligentiam dilapsi occasionem aperuere
 20 ad invadendum. Praedae ex adsiduis populationibus, quod omnia in locum tutum congesta erant, fuit aliquantum. Venditum sub hasta consul in aerarium redigere quaestores iussit, tum praedicans participem praedae fore exercitum cum militiam non abnuisset.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Z. 12 possessione: Was für ein Ablativ?
2. Z. 20 (praedae) - 23 (abnuisset): Bitte Naturlängen eintragen (Strich über betr. Vokale).

¹ Hilfe: Z. 16 collum torquere alicui eigentlich 'den Hals etwas drehen', d. h. etwa 'gefesselt abführen'.